Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



38.

S. Benedicti, ~~vixerunt~~ et cura Molismensium vixerunt saltem usque ad annum 1128: quo Humbelina illuc advenit.

45) Humbelina, fratribus omnibus monasticen professis, unica patrimonii amplissimi hæres, Ducis Lotharingiæ fratri, si Brittoni Annal. Cist. l. 4. c. 5 abenda fides, nupsit data est. Fuit autem eo tempore dux Lotharingiæ Theodorius II Guillelmi Jovillani (an Gerardi Com. Metensis? Nam Bucelinus utrumque in diversis tabulis asserit) filius. Frater habuit Henricum Ducem Limburgi, qui postea Theresiæ Lusitaniæ heredis maritus esse desiit obiit an. 1147; Gofridum Baronem Jovillæ, maritum Janæ Com. Harcuriæ, et Gerardum Com. Vadanimontis, qui obiisse creditur an. 1120. Quinam ergo Humbelinæ nostræ maritus? Credideriim, ditorum nemine, sed Theodorici II filium Gerardum; de quo Bucelinus: Gerardus Comes ab Egenesheim. De uxoris nomine non constat. Ex hujus tamen abnepotis nepte Anna Rudolphi Imperatoris uxor nata fuit. Hujus frater primo nitus Simon I Dux Lotharingiæ Lotharii II Imp. sororem Adelheidem duxerat. Humbelina igitur seculo nupta et seculo dedita cum in divitiis seculi perditaretur, tandem aliquando inspiravit ei Deus, ut fratres suos visitaret. Bernardus formam vitæ matri sue ei indicit, et sic eam a se dimisit. Illa vero obedientissime parens præcepto, redit ad propria, mutata repente secundum ~~omn~~ omnipotentiam dextera Excelsi. Vir autem ejus, tandem virtute ejus perseverantiæ victus, liberamque a se dimittens juxta ritum Ecclesiæ, facultatem ei concessit serviendi Deo cui se probavit. Illa vero optata libertate potita, Monasterium Villejum (idem ac Julejum) adiens, cum sanctimonialibus initiis Deo servientibus reliquum vitæ suæ Deo vovit: ubi tantam ei Dominus gratiam contulit sanctitatis, ut non minus a nimo quam nomine illorum probaretur virorum Dei esse germana. Hæc Guillelmus Theodorici Vit. S. Bern. c. 6.

/ Gerardi

/ quam alii Gertrudem vocant,